



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opvscvla Sacra Matthaei Raderi E Societ: Iesv**


**Rader, Matthäus**

**Monachii, 1614**

Dedicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42973**

DEDICATIO.



ADM. R. P. DOMINO  
**CHRYSOSTO-**  
MO AD S. MONTEM  
ANDECENSEM IN BOICA  
COENOBIIARCHÆ RELI-  
GIOSISSIMO,

MATTHÆVS RADERVS  
E SOCIET. IESV.

Salutem & multos annos.



Redo ego, religiosissi-  
me antistes, nullos vn-  
quam apud vllas gen-  
tes tam celebratos fuisse  
montes, atq; tuus iste,  
vel potius Sāctorum est in Boica, An-  
decensis. Notus est suis damnis Æt-  
na apud Siculos; non ignobilis in Cam-

AA 2 panis

DEDICATIO.

pania suis & ipse incendiis Vesuuius,  
 laudatus in Achaia Musarum sacris  
 initiatus biceps Parnassus, Heliconq;  
 in Bœotia; damnatus in Scythia Pro-  
 methei supplicio inhospitalis Caucasus;  
 Prætereo Atlantes, Olympus, Pelios,  
 Ossa qui Poëtarum ingenijs in cælum  
 vsq; excreuerunt. Descendamus de fa-  
 bulosis hisce scopulis, aut veris quidem  
 illis, sed falsis Dijs numinibusq; inqui-  
 natis, & ad tuum Sanctorum adspire-  
 mus, qui vel cum Sinai Moysis, & Ca-  
 tharinae, vel Sione, Oliueto, Taborè,  
 Horebo Christi & Eliae meritò com-  
 poni potest: Est enim tantus ibi San-  
 ctorum vel ibi natorum, vel illuc illa-  
 torum thesaurus, vti iure suo non San-  
 ctus tantum, sed conditorium Sancto-  
 rum, cælitum domicilium, terrarū præ-  
 sidiū, & orbis totius asylum appellari  
 possit.

DEDICATIO.

possit. Quot hominum ego chiliadas  
 ibi, quot myriadas peregrinorum ipse  
 coram admirabundus & quoties aspe-  
 xi? supra Gargani & Serrati religio-  
 nem credas. Quot hic beatorum cine-  
 res? quot pulveres martyrum sanguine  
 irrigati? quot homologetarum ossa?  
 quot virginum exuivæ? ex quibus non  
 orbis partibus allatæ, aureisq; & argen-  
 teis ac gemmeis tabulis, ferculis, pegma-  
 tis, urnis, arcis, doctissimis artificum  
 ingeniis manibusq; elaboratis clausæ &  
 illustratæ? Taceo sanctissimam Ande-  
 cæsum Comitum stirpem, & ex ea san-  
 ctâ posteritatem, Valericum Lausanē-  
 sem; Conradum Constantiensem; Ottho-  
 nem Babenbergensem, sanctos Ponti-  
 fices; Mechtildes & Euphemias sacras  
 & velatas virgines; Elisabethas &  
 Hedviges illustrissimas olim & san-  
 ctissimas

A A 3

DEDICATIO.

Etissimas coniuges, & viduas, in Boio-  
 rum Sanctis (quos nunc vndique con-  
 quiro concinnoq;) copiosius laudandos.  
 Hunc ergo locum tot Sanctorum ve-  
 stigijs pressum, tot beatorum pignoribus  
 auctum, tot populorum anathematis  
 ornatum, religiosissime Praesul, in dies  
 magis magisque cum tua religiosa fami-  
 lia auges, ornas & spectabilem viden-  
 dumq; reddis, vti plane dignum te tu-  
 osq; tali loco, & locum talibus inquilini-  
 nis vobis gratulemur; regnat enim a-  
 pud vos morum honestas, cultus pieta-  
 tis, & litterarum sacrarum assidua tra-  
 ctatio. Alis Dilingae religiosos bonarum  
 litterarum cultores; alis Ingolstadij: qui  
 domi postea curent Cathedras, tractent  
 supplicum conscientias, verba ad po-  
 pulum de rebus diuinis è loco superiore  
 faciant. Audiuimus haec absentes, vi-  
 dimus

DEDICATIO.

dimus presentes, cum celebrioribus  
 anni temporibus (quibus inundatione  
 populorum tantum non obruimini) vel  
 tuis literis euocati vobis suppetias iui-  
 mus; vel vltro auxiliatum accurrimus  
 (est enim aedes vestra veluti trigono-  
 trium Collegiorum Monacensis, Augu-  
 stani, Landspergensis cineta) quando  
 nos, o superi, qua non benevolentia  
 complecteris, quibus non officiis colis?  
 nihil denique praetermittis, quo minus tu-  
 um erga nos animum declares, & affe-  
 ctum in nos quasi totum transfundas:  
 ut ingrati possimus videri, nisi tibi  
 vicissim grati & memoris animi signa  
 publicis tabulis, quas orbis terrarum  
 legat exhibeamus. Hoc ergo fuit, qua-  
 obrem te per huius libri, parui qui-  
 dem illius & simplicis, sed admodum,  
 ut putamus, religiosi, & in rem comu-

AA 4 nem

DEDICATIO.

nem sanctioris Reip. non inutilis de-  
 dicationem adiremus. Argumentum  
 in fronte pro titulo pendet, DE SIM-  
 Plici OBEDIENTIA, ET CONTEMPTU  
 SVI, inscriptio vulgo parum grata; pas-  
 sim etiam odiosa (quis enim non bono-  
 rum ambitione tangitur?) religiosis  
 tamē catibus haud peregrina aut igno-  
 ta, utinam tractata etiam & familia-  
 ris: sunt enim hodie, ut fuere semper,  
 quibus religiosae vitae disciplina gra-  
 uis, imperia maiorum dura, Patrum  
 sanctiones Helotarum seruitate, aut  
 Messeniorum iugo intolerabiliores vi-  
 deantur; quos ego si quæ fuit olim, es-  
 set hodie, Spartam in tirocinium amit-  
 terem, ut illic patientiam laborum, o-  
 pum inopiam, venerationem maiorū,  
 & super omnia promptissimas ad vo-  
 cem imperantium voluntates, occur-  
 sus, ob-

DEDICATIO.

sus, obsequia discerent exercerentq̄.  
Sed nihil opus exteris & paganis: do-  
mestica Christianorum & meliora ha-  
bemus exempla; siluarum secreta in-  
grediamur, Thebaidem, Ægyptum,  
& Palaestinam obeamus, perquiramus  
antiquorum Patrum vestigia; cœnobio  
Latinae Ecclesie, Benedicti, Domini-  
ci, Francisci, aliorumq̄, perlustremus,  
nihil ad exemplum virtutis deesse no-  
bis cognoscemus, quæ etiam in hac lu-  
cubratiuncula impressa spectabuntur,  
sed nos hodie

Laudamus veteres & nostris utimur annis.

Tu religiosissime Antistes, libellum  
ad te proficiscentem, tibi desponsum &  
auctoratum, quo nos ipsos soles affectu  
suscipe, & imo aliquo nido tuæ biblio-  
thece, quam & instructam habes, &  
quotidie instruis ornasq̄, dignatum col-

AA 5 loca



DEDICATIO.

loca & repone; est enim modestus &  
minimè ambitiosus. Caleste numen  
supplex veneror, Vti te tuosq̄ semper  
sossitet, & omnibus caelestium dono-  
rum & bonorū thesauris ditet auctetq̄.

Augustæ VI. Cal. Febr. ipso die

S. Chrysofomi A.P.C.N.

M. DC. X.



AV.